EGESIPPI INTER SCRIPTORES ECC·LESIASTICOS præcipui, in quinqꝫ libros Hieroſolymitanæ urbis excidii, Prologus.

QVatuor libros regnoꝝ, quos ſcriptura cõplexa ẽ ſacra, & iam ipẽ ſtilo breui ꝓſecutus uſqꝫ ad captiuitatẽ Iudæorũ, muriqꝫ excidiũ, & Babylonis triũphos, hiſtoriæ in morẽ cõpoſui. Machabæoꝝ quoqꝫ res geſtas ꝓpheticus ſermo paucis abſoluit: reliquorũ uſqꝫ ad incendiũ tẽpli, & manubias Titi Cæſaris relator egregius hiſtorico ſtilo Ioſephus, utinam tam religioni & ueritati attentus, quàm rerũ indagini & ſermonum ſobrietati. Conſortem ſe eẽ perfidiæ Iudæorum in ipõ etiam ſermone exhibuit, quem de eorũ ſupplicio manifeſtauit, & quorũ arma deſeruit, eorũ tñ ſacrilegia nõ dereliquit. Deplorauit flebiliter ærũnã, ſed ipſius cãm ærũnæ nõ agnouit. Vnde nobis curæ fuit, nõ ingenii ope fretis, ſed fidei intentiõe in hiſtoriam Iudæorũ ultra ſcripturæ ſeriẽ ſacræ pauliſper introrſum ꝑgere, ut tanq̃ in ſpinis roſam quærẽtes, inter ſæua impiorũ facinora, quæ digno impietatis pretio ſoluta ſunt, eruamus aliqua, uel de reuerentia ſacræ legis, uel de ſanctæ religiõis conſtitutiõiſqꝫ miraculo, quæ magis, licet hæredibus, uel in aduerſis obtentui fuerint, uel honori in ꝓſperis. Simul (qđ eſt indiciũ domeſticæ improbitatis) liqueat uniuerſis qđ ipſi ſibi ꝓpriæ cladis autores fuere: Primũ, quod alia curantes Romanos in ſe cõuerterint, & ad cognitionem regni ſui inuitauerint, quibus ignorari ſatius fuit. Rogauerũt amicitiam, fidẽ nõ ſeruaturi. Pacẽ uiolauerũt uirtute impares. Poſtremo bellũ intulerũt, q̄bus ſpes om̃is in mœnibus, nõ in uiribus erat, cũ ſit maxime oı̃m miſerabile claudi obſidione. Quæ etiam ſi bene ꝓcedit, ſæpius augere q̃ minuere pericula ſolet. At ne quis uacuũ fide & ſupfluũ putet nos ſuſcepiſſe negociũ: Ideo per principes ductũ Hebræoꝝ genus omne cõſideremus, ut liquido clareat, utrum à ſenioribus Iudæ, nuſquam generatiõis eius ſucceſſio claudicauerit: an uero offenderit in principum ſerie, ſed manſerit in eo, cui repoſita manebant om̃ia, & ipẽ erat ſpes gentium. Hinc ergo ſumam exordium.

Ioſeph⁹ pl⁹ indagini reꝝ & ſermonũ ſobrietati, q̃ religioni & ueritati, attẽtus fuit.

Iudæi ſibi ipſis cladis autores fuere.

Miſerrimũ oı̃m, obſidione claudi.